

Band V., Nr. 1276, Seite 40-41

Bischof Eberhard von Konstanz trifft Anordnungen über die Rechte und Befugnisse des Klosters Weißenau in Bezug auf die demselben kraft Schenkungen Kaiser Friedrichs (II.) und König Heinrichs (VII.) zustehende Pfründe in der Pfarrkirche zu Bregenz.

Ohne Ortsangabe, 1253. Oktober 23.

Eberhardus^a dei gratia Constantiensis episcopus dilectis in Christo filiis, Herman[n]o preposito et universis fratribus de Augia sancti Petri salutem in domino. Ad roborandam donationem, quam illustrissimus Romanorum imperator et semper augustus Fridericus et gloriosus rex Henricus filius suus pro sua suorumque salute vestro fecit cenobio, scilicet de prebenda, que est in ecclesia parochiali Brigantie, vestre universitatis devotio, prout debuit, nostrum requisivit auxilium. Super quo habita ea consideratione, qua vigor et Studium Premonstratensis religionis adhuc apud vos per gratiam dei competenti floret honestate, et etiam quoniam ad honus tante multitudinis et hospitalitatis vestre sustentande pauca vobis dinoscuntur esse stipendia, provide ad huius rei effectum propensiori vobis succurrimus obsequio. Nos igitur ecclesie^b dei et nostra et de beneplacito ac conniventia fratrum ecclesie nostre et aliorum prelatorum nostrorum scilicet a predecessore nostro bone memorie Conrado venerabili episcopo vobis et successoribus vestris indultum et concessum esse dignoscimus, indulgemus et concedimus, ut in eadem prebenda, cum etiam nullam habeat curam animarum sibi annexam, liceat vobis divina celebrare per canonicos vestros vel alios clericos seculares idoneos secundum id, quod videritis ecclesie vestre magis expedire. Ad hec omnimoda ac irrefragabili observatione decernimus, quod nec tibi, Hermanne preposite, vel alicui successorum tuorum liceat pro aliquo motu vestre voluntatis sive ad instantiam alicuius principis vel cuiuslibet persone, salva in omnibus apostolice sedis authoritate ac nostra et successorum nostrorum canonica iustitia, eandem prebendam a profectu vestre domus ad aliquam secularem personam alienare, sed iuxta id, quod eiusdem eleemosine donatores ad remedium animarum suarum suis authenticis scriptis fieri ordinaverunt, perpetuo ac fidei adimpleatur obsequio, videlicet ut deinceps de redditibus et sumptibus ecclesie eiusdem prebende consulatur necessitati et inedia fratrum et sororum deo ibidem famulantium. Et ne vetustatis et alicuius oblivionis error vel etiam

^aEs steht durchaus falsch *Gebhardus*.

^bEs muss statt *ecclesie* wohl *authoritate* heißen.

II

cuiuspiam pravi detractoris obiectus huic expresse ac fixe ordinationi postmodum in aliquo valeat obviare, nos hanc testimonialiam paginam secundum rei geste seriem conscriptam et tam sigillo nostro, quam chori nostri munitam vobis fecimus exhiberi.

Acta sunt hec anno M^o. CC^o. LIII^o., indictione XI^a., decimo calendas Novembris. Testes huius rei sunt¹: dominus Conradus prepositus de Sindelvingen, dictus de Be[r]nhusen, dominus Bertoldus prepositus de Butellbach, dominus Baldebertus de Anrevilar, maioris ecclesie canonicus, dominus Henricus de Bisenberch, canonicus ecclesie sancti Stephani, dominus Ulricus de Seolphingen aliique quam plures, tam canonici quam laici.

—

Nach einer im Besitz des Vorarlberger Landesmuseums in Bregenz befindlichen unbeglaubigten, nicht sehr korrekten und manche Anstände bietenden neueren Abschrift auf Papier, bei der im Text die *ae* statt der *e* wiederhergestellt sind.

¹Die Zeugen sind dieselben wie in den beiden vorhergehenden Urkunden Nr. 1274 und Nr. 1275 (WUB, Bd. V, S. 38 f.).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Vorarlberger Landesarchiv

Signatur/Titel des Originals:

Urkunden, Nr. 783

Überlieferung und Textkritik:

Unbeglaubigte neuere Papierabschrift mit Fehlern.

Regesten:

Chartularium Sangallense, Bd. 3, S. 374, Nr. 1501.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Eberhard II.; Bischof von Konstanz

Ortsindex:

Andwil, Birwinken, Kt. Thurgau, Schweiz
 Bernhausen Wohnplatz (481)
 Bernhausen, Filderstadt, ES
 Beutelsbach Wohnplatz (1751)
 Beutelsbach, Weinstadt, WN
 Bregenz, Vorarlberg, Österreich
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Peißenberg, WM
 Seelfingen Wohnplatz (14679)
 Seelfingen, Stockach, KN
 Sindelfingen Wohnplatz (211)
 Sindelfingen, BB
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV